Ordo cruciferorum



Cruciferorū ordo in ſinodo lateranēſi diu inchoatus ſed aliqn̄ intermiſſus ab ipo Innocentio tercio pōtifice anno pontificatus ſui .xviij. reſtituit. et confirmat ac multis fauoribus cōmendat. Id qꝫ marie factū ē eo qꝫ quedā albanenſium peſtifera hereſis ſurrexerat. que tantā in populo romano cleroqꝫ ſeditionē excitauerat qꝫtā vnqꝫ antea. Qꝫ obrē cauſaꝫ pōtifex ipe multos cruce ſignatos impulit ꝯ eos arma ſuſcipere. quibus deuictis cruciferorū ordinē iaꝫ ſopitū ⁊ oblitteratū inſtaurans multis priuilegijs ⁊ gratijs mirabiliter auxit. eideꝫ aūt ordini poſtmodū innocentius quartus deuotiōe affectus apud lugdunū exiſtens regulā cōpoſuit ⁊ dedit in quo p̄cepit ipſis religioſis ſemp crucē in manibus portare. ipſius aūt ordinis auctoreꝫ et ducē Quiriacū epm̄ ⁊ martireꝫ tpe conſtantini magni Helene matris primū fuiſſe tradunt. qui etiam cuꝫ Juliano apoſtata cū multis chriſtianis paſſus fuit. ſed idem ordo ad nihilum fermevſqꝫ in preſens redactus.

Tartarorum regni principium

David quidam perſa ex ignobili familia inter eos natus tartarorū gentis rex vir quidē magnanimus p hec tpa ex indie montibus vna cū oib' ſue gētis viri ac mlierib' hoſtili aīo egreſſus p vicinas quaſqꝫ vrbes ſpolia multa exegit ⁊ populū ſuū h̄ mō allexit. quibus ſpolijs allectus inde parthos venit ⁊ pari terrore mediam. aſſiriam. perſiam. armeniam et ſarmatas nō longo tpe puadens circa meotidis paludis littore conceſſit vbi ⁊ accolis ſuis ſedes cōſtituens in maximā euaſit potentiā vt regnū eoꝝ nunc multū creuit in finibus hungarie polonie ⁊ iuxta mare ponticum ⁊ in aquilone. ⁊ hi nūc vſonē caſſanū habent principē. Sunt auteꝫ tartari hoīes turpes oculos groſſos pminentes habent latas facies et frontes naſoſqꝫ latos mediocres. ⁊ ſtatura tante arrogantie vt dn̄m ſuū cham filiū dei appellent. pluraqꝫ de eoꝝ moribus hiſtorici ſcribunt.

Ordo carmelitaꝝ p hoc tp̄s in ſyria apud carmelū montē ab Alberto iheroſolimitano patriarcha excitat ⁊ multis priuilegijs ab eo ſublimat. atqꝫ eidem regulā ſuo iure cōfectā obſeruandā primo obtulit ⁊ confirmauit. in qua pro habitu fratribus eiuſdē ordinis capā ſuperiorē ex ſyrico cū quibuſdaꝫ largis virgis ſcꝫ albis ⁊ griſeis circulatā more helye pphete (vt tradūt) aſſignauit ⁊ deferendā ꝯſtituit. Iſeꝫ ordo cū in orbē diffunderet ac locis ⁊ viris p̄ſtantiſſimis indies multiplicaret multas impugnationes p multos annos ab emulatorib' ptulit. ſed poſtmodū Honorius pontifex eius noīs tercius cernens ipam ſanctam religionē ⁊ ordinē a multis impugnatū ⁊ aliqn̄ pſecutū cū nō ſatis probatū cōſpiceret deuotione motus primo pōtificatus ſui anno mutatis prius circulatis clamidibus ob honorē beate virginis marie in albas ſub titulo virginis marie de monte carmelo approbauit ⁊ cōfirmauit. aiūt em̄ ordinē iſtū dū in ſiria cū habitu illo procederet maxima in reuerētia ⁊ deuotiōe apud ſoldanū egypti extitiſſe ⁊ multas illi elemoſinas ⁊ beneficia cōtuliſſe. ſed eo habito mutato eū e finibus ⁊ regno ſuo eieciſſe. Qꝫ obrē neceſſe fuit illuꝫ i europā traijcere vbi mirū immodū excreſcēs clariſſimos ⁊ ſanctitate ⁊ ſcientia viros ptulit. Quoꝝ de numero p̄cipui fuere Angelus declamator ardētiſſimus Albertus ſiculus Cirillus grecus vir doctiſſimus. q̄ p̄ter libros multos a ſe editos ſpū pphetie claruit. Et alij clariſſimi.

Ordo carmelitarum